



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Abbati Malleonensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

ceptæ hujus à sede apostolica libertatis duas marcas & dimidiā puri argenti nobis nostrisq[ue] successoribus annis singulis perfolvetis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat p[re]fatum monasterium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt uibus omnimodis profutura. Salva apostolica[rum] sedis auctoritate & dioecesanorum Episcoporum canonica justitia in Ecclesiis non exceptis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularis persona, hanc nostra constitutionis paginam sciens, &c. usque districta ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus &c. usque in finem. Amen. Datum Viterbij per manum Iohannis sanctæ Mariæ in Coſmidin Diaconi Cardinalis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cancellarij, V. Idus Augusti, Indictione VI II. incarnationis dominicae anno MCCCVII. pontificatus vero Domini Innocentij Papæ III. anno decimo.

ABBATI MALLEONENSI.

Epist. 107.

Mandatur ut
A. de Scobol ad
primam cogat
redire uxorem.

Ex parte tua fuit propositum coram nobis quod cum A. de Scobol . . mulierem duxerit in uxorem, & cum ea fuerit diutius commoratus, ipsam carnaliter non cognovit. Vnde bonæ memoria W. Pictavensis Episcopus, cum ei de frigiditate viri tam per ipsius quam mulieris confessionem plenius constitisset, inter eos divortium celebravit. Verum postmodum alij nupsit mulier supradicta, & p[re]fatus A. duxit aliam in uxorem, quam carnali commixtione cognovit. Unde quæſisti per sedem apostolicam explicari utrum dietus vir debeat ad primam redire, vel manere potius cum secunda. Nos igitur inquisitione tua taliter respondemus, quod cum ex p[ro]st facto appareat fuisse p[re]fatum Episcopum circumventum, dictus A. ut ad primam redeat est cogendus. Datum Viterbij XIV. Kal. Septembris, anno decimo.

ABBATI ET MONACHIS
Resbaciensibus.

Epist. 108.

Confirmantur
privilegia co-
rum & omnes
libertates & im-
munitates.

Vide ſuprā
epift. 96.

Licet monasterium vestrūm per privilegium felicis recordationis Innocentij Papæ p[re]decessoris nostri plena videtur libertatis prærogativa gaudere, emergente tamen postmodum inter bona memoria. Meldensem Episcopum & mo-

nasterium ipsum super ejusdem subjectio[n]e scrupulo quæſtionis, beatæ memorie Alexander Papa p[re]decessor noster, ad cuius p[re]sentiam eadem fuerat cauſa de-lata, ipsius cauſa meritis intellectis, jus episcopale in monasterio vistro Meldensi adjudicavit Episcopo. Postea quoque quæſtionis ejusdem coram nobis materia fuſcitata, cauſam ipsam per dilectos filios. Suesſionem Decanum, H. Cantorem Remensem, &c. Succentorem Silvæn-tem examinari fecimus diligenter. Qui cùm eandem cauſam ad nos remiſſent sufficienter instruētam, nos utriusque partis rationibus intellectis, quia cognovimus efficaciores Meldensis Episcopi ratio[n]es, ſubjectionem eidem monasterij v[est]ri adjudicare curavimus, ut liberam ibidem tanquam diocesanu[m] Episcopu[m] habeat potestarem; ita tamen ut per hoc nullum apostolica[rum] ſedi p[re]judicium generetur quod minus legitimo tempore, si voluerit, ſuam iustitiam prosequatur. Verū quia p[ro]p[ter]eas & alia bona monasterij memorati per illud privilegium Innocentij eidem ſunt monasterio confirmata, nos ipsius p[re]decessoris nostri v[est]igii inha-rentes, vobis & per vos ea monasterio ve-ſtro, ſicut eadem iuste ac pacifice poſſeditis, auctoritate apostolica confirmamus, & p[re]ſentis scripti privilegio communimus. in quibus haec proprie[n]t[er] nominibus duxiimus exprimenda. Burgum videlicet ipsius monasterij, quod Resbacus dicitur, cum omnibus suis appenditiis, cum Ecclesiis & decimis, cum ſervis & ancillis, cum pratis aut paſcuis, cum aqua qua dicitur Muera, ſeu omni p[re]ſcatione, in ſulis quoque ac molendinis, necon & p[re]ſcatoriis, cum pontibus etiam cunctis que ipsius aquæ tranſitoriis, & cum omnibus ſibi adjacentibus, cultis & incul[ti]is. Villam Orle[um] & villam Montbor[um] cum earundem villarum Ecclesiis, decimis, ſervis & ancillis, pratis & paſcuis, & cum omnibus eisdem adjacentibus cultis & incul[ti]is. Villam qua Vltiacus dicitur, & vil-lam qua Septemfortes dicitur, cum ea-rundem villarum Ecclesiis, decimis, ſervis & ancillis, cum pratis & paſcuis, & earum appenditiis cultis & incul[ti]is. Portum de Fai dimidium. Villam qua Brige[n] dicuntur, cum matre Ecclesia & decimis ad eam pertinentibus, cum ſervis & ancillis, cum pratis & paſcuis, & aliis cir-cumadjacentibus tam cultis quam incul[ti]. Villam qua dicitur Montiniacus, cum Ecclesia & decima & ſibi circumadjacen-